



## Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria IV. post Dominicam I. Quadragesimæ. 7. Voluntas nostra Deiformis esse debet nec plus vel minus velle debemus, quam quod vult Deus, hic enim solus est ad quem spectat dicere volo: Nos autem Deum ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

# SERMO SEPTIMVS. FERIA QVARTA DOMINICÆ PRIMÆ QVADRAGESIMÆ.

Magister, volumus signum à se videre. Matth. cap. 12.

**P**erverſi hi Scribæ & Phariſæi im-  
munda quædam omnium imagi-  
cabiliū vitorum ſentina erant,  
qui cum cor haberent peſſimo ve-  
neno imbutum, labiis tamen ſuis  
exterioribus mel ſillantem, Chriſto  
viam proceſſete, ut ejus calumniarentur in-  
nocentiam. Scribæ quidem erant, ſed falſarii,  
Phariſæi, & hypocritæ manifeliſſimi, & viva  
quædam ex originali impietatis, per manum  
magiſtræ deſecta effigies. Ne ipſa quidem aſpi-  
ritum & Baſilicoſorum viſcera tantum intra ſe  
reſeruat conſeruant, nec tantam ſulphuris  
ſummanam tartareus mons Ethna ex horrida ſus-  
pirantia eromit, quantum ipſi malignitatem  
in ſe producat, licet hæc cujuldam bonitatis  
colore depictam. Verecuſdix robor in illorum  
vultu comparere erubuit, atque ideo illo ſub-  
moto, ſemetipſo quodam aulæ Salvatorum de-  
ſpectu accellerunt, multique ſimulatis titulis  
decorarunt: Tunc acceſſerunt ad Jeſum. Tunc,  
quando ſe victos fateri debebant, & confuſos,  
tunc loquam magis, quam aliàs arrogantie  
voto tumidi, ſe pertinaces demonſtrabant.  
Iude Chryſoſt. in cap. 12. Matth. hom. 24. ait:  
Quando admirari, quando obſuſpiceſcere, quando  
ſuam cauſam defendere debebant, tunc in malig-  
nitate atque pertinacia pertinaciter perſeuerant.  
Aſſerunt ad Jeſum, inquit Evangeliſta, ſed  
tanquam vulpes manſueti ſigni pelle veſtita, &  
griſibus quidem corporis ad Chriſtum acceſ-  
ſerunt, qui voluntate & animâ tantum ab eo re-  
cedebant, quantum cælum diſtat à terra. Simu-  
lato quodam honore, quem ironice ei exhibe-  
bant, cum contumeliabantur potius, quam ho-  
norabant, Magiſtrum cum vocantes, cujus ac-  
cepere doctrinam tenebant: Verba ſunt adu-

lione ac deriſione plena, (inquit Chryſoſto-  
mus.) Et modo adulantur, modo conuiciantur,  
modo iudicant, modo Dæmoniaco, modo Magi-  
ſtrum appellant. Tantum de ſe præſumere au-  
dent, ac ſi Chriſti miracula à ſe penderent vo-  
luntatis beneplacito; unde dicebant: Volumus  
à te ſignum videre: O vos ſcelerati, an nescitis,  
in Platonis ſcholam neminem admitti potuiſ-  
ſe, niſi primò fuiſſet in Geometria edoctus: Ne-  
mo huic ingrediatuſ expers Geometria? Et vos  
ſimulare audent, in Chriſti ſcholam vos aſcrip-  
toſe eſſe, qui ne quidem prima chriſtiana poli-  
tica rudimenta edocti eſtis! Hæc namque in  
facienda Dei voluntate conſiſtit, non verò  
in ſectando propriæ & protervæ voluntatis in-  
ordinato arbitrio, qualis eſt veſtra, dum dici-  
tis: Volumus. O obliuiſi Phariſæi, cur lau-  
dabiles antecellorum negligitis conſuetudi-  
nes? Nunquid auditis, Davidem Regem & Pro-  
phetam veſtri erudienti cauſâ dicere ſolitu  
fuiſſe: In capite libri ſcriptum eſt de me, ut ſacer-  
dotem voluntatem tuam: Deus meus volui, & le-  
gem tuâ in medio cordis mei: Cur igitur uſurpare  
audentis acerbum hoc Volumus, præſupponen-  
tes ipſummet Deû fallacibus voluntatis veſtræ  
veſtigis inſiſtere, quæ inter ignorantie tene-  
bras palpando malo ſe confederatam, bono  
verò inimicam declarat? Nulla inveniri lex pot-  
eſt, quæ vos ab illa defendere poſſit ſententiâ,  
qua Eucherius vos ſtultos, ſuperbos, & infideles  
declarat: Quanta, inquit, eſt ſuperbia Scribarum &  
Phariſæorum, tanta eſt ſtultitia & infidelitas eorum, &  
non negant, ut expoſtulant, ſed in flatu ſtomacho, &  
verbo cervicæ dicunt, volumus. Diſſimulare equi-  
dem quemvis alium perverſorum iſtorum homi-  
num defectum facile poſſem, ô Auditores, verum  
arrogantiam huius vocis Volumus ſine magno

Apud  
Diogen.  
Morig in  
ſer. 4. poſt  
1. Dom.  
Quadr.

Pſal. 39.

Eucher.  
ſer. 4.  
Dom. 1.  
Quadr.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Quadr." and other illegible scribbles.

fastidio audire nequeo + dicere volo proprium *motivo in termino*: Confortis in voluntate est Dei & ad solum creatorem spectat, solum hoc consistit quod debeamus proficere. Deus illud usurpare debet, quam igitur dedecet hodie nos ipsum sibi arrogare calumniatores, tanto parum idipsum imo minus nos decet, sicut Deus omne quod vult sub ratione charitatis vult, ita & nos quicquid volumus, sub eodem motivo velle debemus. *Ita termino vult ex suo ultimo*, id est, sicut Dominus omnia voluit ordinavit & produxit propter nominis suum gloriam & honorem: Ita & nos omnia que facimus, ordinare debemus ad ultimum terminum vel finem ejusdem glorie. Ita nos docet S. Th. Et quia bonum coalescit ex integris partibus, sicut sum ex quocumque defectu, ideo voluntas nostra bona erit, si prae diis consistantibus omnibus vestra fuerit, quod si vero vel una deficiat, imperfecta dici meretur, conformari divinae voluntati tantum in vobis non sufficit, quia talis quae erat Hebraeorum voluntas circa mortem Christi, sed non concordabant in motivo charitatis, siquidem movebantur ex invidia: *Sicut enim quod per invidiam tradidit sensillum*, multo minus in termino vel fine ultimo, siquidem ipsum crucifigebant non ob majorem Dei gloriam, sed propter proprium intellectum: *Ex pedis vobis, ut unus homo moriatur pro populo*: Vnde igitur voluntas humana divinae conformis sit, *saltim per modum imitationis*, triplicata conformitas ex necessitate requiritur, scilicet in voluntate, in motivo & in termino. Hebraei difformes erant a Deo per voluntatem in vobis, siquidem dicebant, *volumus signa videre*, quam voluntatem Christus non habebat; & fortis quoque erant in motivo, quia ad hoc velle investigabantur ad infidelitatem & curiositatem, difformes denique erant in termino, utpote qui ad nihil aliud respiciebant, quam ut calumniari possent Salvatorem. Vnde ipsorum voluntas ipsos condemnat & quod illam a Salvatore nostro aspernitur reprehendit fuerit, dicens: *Generatio prava & adultera signum quare, & signum non dabitur ei*.

31 Certissimum est apud Philosophos, quod omne ens quod movetur, in tantum movetur in quantum est motum ab alio, sive hoc sit causa efficiens, sive finalis. *Omne quod movetur ab alio movetur*: sic Caeli movetur ab motu primis mobilis, ad motum totius principalis in cosmologia omnes aliae videntur. *Vna movetur omnis* Dux belli qui movetur ad evadendum in militiam, movetur a desiderio acquirendi sibi honorem & famam. Si alius vitam suam in aula Principis trahat, facit id stimulo confectum.

Contil. Colon. de vita mort. n. 12.

Chryso. ho. 44.

T. Liv. lib. 5.

D. Th. p. 1. q. 19.

di ad dignitates & dominia. Et enim voluntas  
 nostra nullum debet habere primum motu-  
 rem nisi excepto Deo, huius voluntas (sive il-  
 la sit) beneplaciti & absoluta, sive signi & defi-  
 niti, ut loquitur Theologi] debet sola esse  
 norma & regula voluntatis nostrae. Ac proin-  
 de 23. octo in 1. dist. 2. o. dicitur: *Est prima re-  
 gula irregularitatis regulans omnia*: a S. Thom. au-  
 tem in q. disp. q. 2. art. 6. de volunt. Dei: *Drvi-  
 na voluntas regula est & mensura omnis bona-  
 voluntatis*; dicitur que a Magistro Sent. l. 1. dist.  
 4. *Summa bona voluntas causa est omnium, qua  
 voluntas fuerit, vel facta sive futura sunt*. Vo-  
 luntas beneplaciti est absoluta & de hac intel-  
 liguntur verba Prophete: *Omnis quacumque  
 voluerit, fiat*, Psal. 133, quia *non est, qui sua possit  
 offerre voluntati*; illib. 23, alia autem voluntas  
 significat, qua Deus nobis significasti & dem ostendit  
 quod nobis faciendum; prout fecit Moysi: *Notas  
 sunt tui, Moysi filius Israel voluntates suas*  
 exhibere posuimus, no tamen debemus contra  
 verba. Alio modo facere aliquid ex proprio arbi-  
 trio dicitur: *Volens vel volumus* nunquam est si-  
 reprobato incurrendi eandem reprehensionem  
 quae dicitur: *Ubi iustitiam obijurgavit, dicens: Ga-  
 uerunt super me ad ultera signum quavis, etc.*  
 Homo creatus est ut sit imago quaedam  
 expressiva eius in essentia, & trini in personis:  
*Etiam si hanc tamen ad imaginem & similitudinem  
 Graecis*; Ubi iuxta Hebraeos loco similitudi-  
 nis dicitur: *Ad umbram nostram*. Ar-  
 guetur homo est Dei? Hec translatio ut-  
 que cogitationibus nostris negotium facel-  
 lit. Nunc quidem quod umbra habeat esse de-  
 pendens a corpore, ita ut ubi non est corpus,  
 umbrae quaeque esse non possit, scio itidem De-  
 um esse incorporeum, simplicissimum & a  
 quavis compositione maxime alienum. De  
 claritate tamen si materialis sit, nihilomi-  
 nus quia aded est diaphanus & purus, dicitur  
 quod umbram non faciat: *Sine umbra*. Quan-  
 tum igitur magis de Deo id dicendum erit? Unde  
 dicitur a hinc Hebraice versioni subterfere  
 verbum, cum legitis dicendum esse crede-  
 re: *Ubi iustitiam, testis nullus*. Veruntamen Job  
 huiusmodi veritatem defensore expresse de-  
 clarat: *Ergo velut umbra*, Job 4. Forte  
 quia Gregorius in e. 27. dicit: quod *Comparat  
 corporis umbra quam solis quia amisso amore  
 Conditus, calorem cordis perdidit & in solo im-  
 quitatis sua frigore perinansit*. Aut quia umbra

symbolū est protectionis Davide dicente: *Sub  
 umbra alarum tuorum protege me*, Psalm. 16. Et  
 similiter Sponian iacis Cantid confirmate dū  
 ait: *Sub umbra illius quem desideraverat sedē*: Can-  
 tic. 2. Videamus igitur o Auditores, num Da-  
 vid aliquid nobis ministraturus sit lumen, quo  
 in investigando vero sensu, intellectu nostro  
 huius umbræ obcuritatem penetrare possumus  
 Velim igitur o summe Deus (dicebat sanctus  
 ille Rex) ut hanc mihi concederes gratiam mo-  
 vendi scilicet gressus meos per veram semita-  
 tam, quæ ad æternam nos dirigat salutem: *Diri-  
 gite gressus meos in semitis tuis*, cum hac tamen  
 expectata conditione, ut veluti columna que-  
 dam fixus semper persistam & immobilis: *Ut  
 non moveantur vestigia mea*. Vtrum o David  
 videns mihi gratiam quandam impossibilem  
 a Deo postulare, quomodo enim fieri potest, ut  
 quis simul & semel moveatur & firmus ac im-  
 mobilis perseveret? Motus enim cum quiete est  
 incomparabilis. Equidem cogitationes vestras  
 o Auditores paulisper suspendite, interea vos  
 mecum transerentes in hortum Gethsemani  
 ubi Salvator Petrum asperimè reprehendit,  
 quod Petrus acceptum enssem strinxit  
 in Malchum: *Converte gladium tuum in locum  
 suum*. Omnis enim qui accipit gladium, gla-  
 dio peribit, inquit quia non possum rogere Pa-  
 trem meum, etc. Matth. 26. At verò o Domine,  
 hanc reprehensionem tuam capere non valeo,  
 paulo enim ante discipulis tuis præcipisti, ut  
 gladium sibi compararent, eumque in quamvis  
 obviam necessitatem haberet expeditum, id-  
 que aded sermo præcepisti, ut volueris ut is qui  
 ex ære suo gladium sibi comparare non vale-  
 ret: *Vendas tunicam tuam & emat eam*, Luc.  
 22. Nunc autem in præsentem gladio utendi oc-  
 casione, vis ut Petrus illum coarctaret in locum  
 suum, eumque aded vehementer reprehendis,  
 ac si defectum aliquem gravissimum commi-  
 sisset. Quo sine præcipis comparati gladi-  
 um, si nolis in qua vis etiam urgente occasione  
 illius ulum. Idipsum quoque sanctum Am-  
 brosius in admirationem rapuit, qui Petri a-  
 ctionem defendens dicit: *Si prohibes ferire gla-  
 dio, cur emere præcepisti*. Tandem verò sanctus  
 Augustinus parvū difficultatis tetigisse videtur:  
 Hoc enim dicit, quod Apostolus in hoc quidē  
 benefecerit, quod enssem super femur suum por-  
 tavit, in hoc enim se conformabat voluntati di-  
 vine, quæ idipsum ei præceperat: quod autem gla-  
 die

Handwritten notes in a Gothic script, including the word "medicab" and other illegible characters.

gladio illo in damnum proximi usus fuerit, in hoc faciebat præter præceptum magistri sui & ambulabat gressibus voluntati propriæ non verò divinæ atque ideo à Christo reprehensus fuit: Dominus iusserat, ut ferrum discipuli eius ferrent, sed non iusserat ut ferirent; eximit gladium authoritatis propriæ, extendens manum non voluntati divinæ Petrus igitur actum quendam committit divinæ voluntati adversantem: David autem nullum facere gressum aut movere pedem volebat, nisi à primo mobili voluntatis divinæ motus & inductus Quasi diceret: Dirige gressus meos in semitis voluntatis tuæ, ut non moveantur vestigia mea secundum voluntatem tuam. Volo ut meum velle sit quasi non esset Idque forte quia umbram se creatoris sui esse sciebat Facimus hominem ad umbram nostram. Quotidie videtis, O Auditores, quod umbra in eastum moveatur, in quantum corpus movetur, adeo ut si corpus ad dexterum vel ad sinistram latus ambulet, ad sinistram quoque vel ad dexteram ipsa quoque umbra declinet: Denique quot passus corpus facit, tot quoque passibus umbra moveatur, adeoque videtur quod umbra velle corporis sequatur & obsequetur. In omnibus super omnia. Et hoc sensu metaphoricè Homo umbra Dei esse dicitur. Unde S. Greg. scribit: In omnibus qua agimus vim superna voluntatis inquiramus, cui videlicet cognita dabit nostra actio de vote famulari, & quasi ducem sui itineris prosequi, ne etiam nolens serviat, si hæc superbius declinat. Ex quibus verbis clare deducitur, hominem veluti umbram Dei nec quicquam à divina voluntate dimoveri debere.

5. Ipsa quoque paradisi Sponsa cœlestis Sponsi sui umbram se esse declaravit, dum ait: Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est, quasi diceret: Vox Domini & dilecti Sponsi mei causa est, cur anima mea liquefacta fuerit. Item quod Moyses vitulum aureum vi verborum [a] facio verbi] ut opinatur Glossa in minutissimum pulverem redegerit, nihil in se exitium habet: at vero anima aliquam liquefactionem valde mihi videtur difficile, siquidem anima nec ceræ nec nivæ, nec plumbea est, ut facile liquefieri possit Respondet B. Egidius intelligendum esse, id factum propter dilectionis contemplationem, & est quidem expositio optima, cui tamen adjuungi potest ex doctrina Philosophorum, quod sicubi durum terminatur termino proprio, ita liquidum termino alieno. Per hoc insinuando, quod voluntas Sponsæ non erat

sequi proprium arbitrium, sed Sponsi sui voluntatem, quam pro termino, & sine motu cunctarum operationum suarum habebat, et proinde dicit Anima mea liquefacta est. Unde Ovaricus Abbas ait: Magaa in liquefacta mobilitas & prompta voluntas intelligitur. Idem passus ab Hailgrino viva quadam similiudine explicatur Aurifex inquit in vase quodam collocatum igni superimponit, ut illud liquefaciat, ac deinceps prout illi collibitum fuerit idem usurpet. Quod si aurum ignis virtute liquefactum interrogaretis quidnam ex se per artificem fieri mallet an anulum quemdam cui opulentus adamas innectatur, an vero manile quoddam ad collum magnæ alicujus Principis suspendendum, an denique diademam aliquod Regio vertici impositam omnibus in veneratione sit; certus sum quod si respondendi facultate præditum esset, diceret unquam hæc hic super ignem hoc vase liquefactum ut aurificis voluntatem adimpleam, & quidem parum mea interest quid de me faceret, tueri, an monile aliquod in ornamento mulieris Principis, an verò Regium diadema, vel denique an ungulam equi muniens ferrum per me suppleri velit? Velle enim meum in manibus magistri consistit: & revera hæc propriè fuisse videtur Sponsæ loquentis intentio. Hæc ipsissima Hailgrini verba: [ Postquam dilectus locutus est, anima ejus exarsit & liquefacta est, sicut metallum liquidum formam acciperet, quam Spiritus S. Artificis vellet, ita quod inferre vellet: Si Dominus meus me pauperem esse vellet, non repugno; Si infirmam, ecce me promptam; Si laboribus obrutam, non contradico, si miseris & xrumnis vexatam, acquiesco; Si Cœlum turbato oculo me respiciat, ego ne quicquid turbata voluntatem meam ejus influentis accommodo, qualecunque illæ sint fortunæ vel funestæ, uno verbo divinus Sponsus meus vel me condemnet ad flammam, aut etiam mortem mihi inmittat: dummodo sua gratia me non destituat, præmississima sum ad conformandam velle meum velle divino qualem Deus me esse vult, satis semper ero. Et quidem quod ad Davidem attinet is in hoc puncto Sponsæ minime cedebat, ut pote qui cor & animum promptissimum se habere protellabatur ad omnes ex divina dispositione obvios eventus, sive prosperi illi essent sive sinistri; Unde dicit: Paratum cor meum Deus, paratum est

D. Aug. l. 22. cap. 70.

Suarez. n. 2 in 3. p. disp. 34. sect. 3.

D. Greg. l. 6. in c. 5. Job. c. 14.

Can. 5.

Egid. in Cant. lect. 11.

D. H. J. m. r. p. d. p. Gae.

Generatus, quasi dicitur cor meum ac voluntas mea facta est in voluntate Dei, permittat quod libere a nobis & plenum dicam. Quod vetò potest secunda vice repetere paratum cor meum per hoc iuxta expositionem S. Bernardi quasi dicere volent: Voluntas mea disposita est, ut se conformet voluntati Creatoris tam in conditionibus quam in actibus: *Paratum quantum ad voluntatem ad verum, paratum quantum ad pro-*  
*phetiam, paratum ad humilitatem, paratum ad iustitiam, paratum ad unitatem quaecumque, praecipue.* Vir Sacerdos à splendoribus caelestibus constitutus, atque a voce Christi perterritus & in terram prostratus erat, quia transformatus in Paulum amissos nimis Spiritus recuperans animi dicitur: *Domine quid me vis facere?* quasi dicitur, quidam circa me o Domine praetendit, vide ut infidelitatem deseram, vel ut licentiam gloriatur, quibus facultas Christiani non obsequi persequendi mihi conceditur, dilectum, aut ut totum mundum fidem praedicando percutam, ut Apostolus tuus fiam, ut Holmum detestor, ut Doctor gentium existam, ut gregem tuum defendam, ut nocentem ab oriente ad occasum circumferam, in laqueum effundam, aut denique ut carnalium vitam exponam? Porro melius est quod voluntas tua, quam ut divinae voluntatis tua obsequium fiam. Optime igitur de hisce  
 D. Jm. Apollonii verbis mellifluus Bernardus exclamavit: *Quid vobis brevis, sed plenum, sed vivum, sed ammi acceptionis dignum.* Sanctus Paulus Tuonenis dum in agone constitutus in manu labris infidentem haberet, & cum manu constitaret oculis semimortuis in caelum elevatis promptum se Domino obtulit, uti poterat se populo suo necessarium esse, tum ad proloquatur, utpotè quam intrepidum animo huius mundi adversitates fideliter sustinet: quae Dei firmitatem adhiberetur esset, paratissimo omnem sibi laborem ea de causa libens sum amabilem futurum, dummodo in hoc divinae voluntatis beneplacito perfecte satisficeret: nova itaque de novo adorti pericula volebat, novos cum mundo & diabolo agere conatus & terramina, seque paradiso & deorum iuandissima societate ad tempus Deo bene visum privare, tamen unum prolem in se sibus colorum collocatum habebat, libentissime tamen illum inde retrahere & ad huius vitae angustias redire, si divino placitum esset arbitrio, dicebat enim: *Do-*  
 Paulini Quadragesimale.

mine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recusabo laborem fieri voluntas tua: ad eoque a modo loquendi Davidis dicatis: *Paratum cor meum, non multum absumptis videbatur.* Unde S. Bern. Bernardus: *Paratum cor tuum Martine, paratum cor tuum si ve manere in corpore, si ve dissolvi esse cum Christo, divinae voluntatis dispositioni per omnia se committens dicens: Fieri voluntas tua, ac si diceret ut idem mellifluus scribit: Hoc cupio & specialiter & vehementer, sed ne quidem recuso, desidero requiem sed non recuso laborem, Fiat voluntas tua.*  
 6. Haec doctrina à Christo nobis tradita fuit eamque didicimus peculati vè sed non practice, hanc etenim caelestis magister noster nobis lectionem tradidit si orabitis: Pater noster etc. Et postea subjungit: *Fieri voluntas tua si ut in caelo & in terra.* Porro multae in hoc salutifero documento continentur difficultates, B. Egidius dicit nos hisce verbis Deum rogare ut voluntatem tuam adimplere velit verificando promissionem nobis factam aeternae beatitudinis: *Fiat voluntas tua, id est, impleatur voluntas tua in vobis & de nobis perficitur, quod non erit nisi quando implebitur in bonis desiderium nostrum, sicut post hanc vitam, S. Augustinus dicit, Si nos Dei voluntatem facere possimus ad quid eum rogamus ut fiat voluntas eius? Quid scilicet quam orare ut fiat quod in potestate habeas? Respondent Theophylactus, Euthymius, Paschasius, Albertus Magnus, Chryostomus & alii, quod licet in nostra potestate sit, illa tamen executioni mandare non possumus sine gratia Dei: *Ac si sit sensus, Domine da nobis tuam gratiam, ut per eam bene operantes in omnibus tua voluntati obediamus.* Abbas Isaac dicit: *Quid est aliud dicere fieri voluntas tua, sicut in caelo & in terra quam ut sint homines similes Angelis, & si ut voluntas Dei ab illis impletur in caelo, ut etiam hi qui in terra sunt, non suam sed eius ubi versifaciant voluntatem.* Verum modelitus o Abba loqueris quod si enim in caelo Beati Dei voluntatem faciunt, eamque non facere non possunt, cur oramus ut fiat voluntas Dei in caelo? difficultas haec mota & resoluta est à S. P. N. August. dicente: *Cum in sanctis facta iam sit Dei voluntas, cur ut fiat adhuc petimus? Nisi ut perseverent in eo quod esse ceperunt:* Unde vides non sufficere semel, bis vel ter Dei voluntatem adimplere, sed semper voluntatem nostram cum divino arbitrio esse conformandam, quia nos in omni occasione,  
 N loco,*

S. Bern. serm. de S. Martino.  
 Matt. 6.  
 E. id. sup. orat. Dom. ibi.  
 D. Aug. l. de nat. & gra. c. 18.  
 Chryost. ho. 14. in Imperf.  
 Abbas Isaac col. lat. 9. de ora. De. c. 20.  
 D. Aug. in est. D. Th. ibi. tex. 6. l. C.

Handwritten notes in the right margin, including the word "X" and some illegible text.

loco, & tempore Deiformes esse debet.

7. S. Thomas causam inquiri cur verbum  
 aeternum antequam incarnaretur Gabrielem Ar-  
 changelum ad Virginem submitteret? Quan-  
 nam erat hujus caeremoniae necessitas: *Hac an-  
 nunciatio non erat necessaria simpliciter, ita ut sine  
 ea non potuisset incarnari.* Cajetanus ibid. suam  
 doctrinam adferit dicens: (Quod major certitudo  
 hujus mysterii in B. Virgine causa est ex  
 parte via annunciatione) Vel: Quia divina provi-  
 dentia disponit omnia suaviter, in mente itaque  
 erat prius movenda, ut prius conciperet mente  
 quam venire. ) At verò Angelicus Doctor res-  
 pondet verbum aeternum voluisse ut virgo  
 prius eliceret actum conformitatis voluntatis  
 suae cum divina ei consentiendo in cuius vir-  
 tute meteteret *de congruo saltem* alium adeo  
 mysterium; *ut voluntaria sui obsequii munera  
 Deo offerret, ad quod se promptam obrulit dicens:  
 Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum  
 tuum.* Scio equidem multos se cum divina vol-  
 untate conformare, sed voluntate coacta, quia  
 aliter facere non possunt, necessum autem est,  
 ut conformitas haec sit spontanea; Deus præ-  
 dicatorem quandam mundo, præcipue verò  
 urbi Ierofolymorum submittere volebat, ut animas  
 à malo averteret & converteret in bonum:  
 Unde Isaias in Spiritu elevatus audivit Deum  
 aliquem ad id idoneum querere, & quasi nes-  
 quem tali officio eligeret dicere: *Quem  
 mittam? Et quis ibi nobis?* Is. 6. Verum dicat  
 aliquis, si Deus Dominus & patronus omnium  
 creaturarum est, & si per suam scientiam & sa-  
 pientiam infirmam videt, seip & cognoscit om-  
 nia, cur non subito mittit sibi visum meliorem,  
 aut quem aptiorem iudicat, eique dicit, vade, sic  
 enim volo, sic tibi præcipio. Nequaquam id  
 conveniens esse ducebat, sed potius expectabat  
 ut eligendus sponte propria ad abeundum sese  
 offerret, suamque ad secundandas divinas re-  
 solutiones promptitudinem testaretur: Unde  
 Isaias ut divino beneplacito satisfacere, eja-  
 que voluntatem secundaret, in pedes se tetexit &  
 dixit, *Ecce ego, mitte me, q. d. O Domine te exi-  
 guitatem meam elegisse probè scio, atque idèd  
 cum tibi contradicere nolim, ecce me, ne enim  
 à tua voluntate difformis fiam, cura mihi erit, ut  
 expediat sit manus mea ad operandum, quam  
 auris ad audiendum prompta esse possit: Libens  
 itaque abibitoria hunc passum exponit S. Am-  
 brosius: Expectat inquit, Dominus voluntarios*

*ministros: utique servulo suo poterat imperari  
 quem dignum, qui mitteretur invenerat, sed ma-  
 luit ejus spontaneam oblationem, S. Paschasius  
 causam investigat cur Joannes Evangelista de  
 morte Christi loquens eandem hinc terminis  
 exponat: Inclinato capite emisit spiritum? Si enim  
 verum est, quod mori nihil sit aliud quam spiritum  
 & vitam amittere, potius & magis proprie  
 uti debuisset termino amiserit dicendo: Amisit  
 spiritum. Audite differentiam quæ inter dicitur  
 hinc terminos vel verba reperitur amittere pro-  
 prie significat perdere rem aliquam contra per-  
 dentis voluntatem; atque hinc est quod hinc  
 viduam quandam quæ filios amiserat loquen-  
 tem introducens dicit: Amisit vos cum lactu &  
 justitia: Chthonista vero Genesiu scribens ut de-  
 monstraret Noemum sponte & voluntate col-  
 umbam ex arca dimisisse dicit: Emisit colum-  
 bam Genes. 8. Joannes igitur perfluere nobis  
 volens, quod Christus voluntate mortuus sit, ut  
 voluntatem suam cum voluntate patris aeterni  
 conformaret dicit: Emisit & non Amisit. Unde  
 Paschasius inquit non dixit, Amisit sed Emisit  
 spiritum, quia voluntate passus est voluntate mor-  
 tuus: ut nos doceret voluntatem Dei à nobis vol-  
 untate explendam esse.*

8. Verum enim verò difficultas quadam hic  
 mihi subnaicitur, quomodo enim dicere & sal-  
 vare poterimus, quod Salvalor Deiformem vol-  
 untatem habuerit (loquendo ut homo) teni in  
 hortu Gethsemani aeternum patrem suum toge-  
 verit ut passionis calicem si possibile esset à se ce-  
 fectet: *Pater si possibile est transiit à me calicem,*  
*Matth. 26. ergo, inquit aliquis, voluntatem di-  
 vinam facere recusat. Multa & varia, sed om-  
 nes mysteriis plenæ sunt circa hoc Patrum re-  
 sponiones. Salmeron tr. 12. de Pass. & Cor. à  
 Lapide dicunt, quod videbat Christus multos in-  
 gratos fore suæ passioni Maldonatus ibi exponit, si  
 facta à gloria tua fieri potest. S. Hilarius in Cat. di-  
 cit: Quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur sine  
 spei differenzia, sine sensu doloris, sine metu mortis.  
 S. Thomas 2. p. q. 18. art. 5. dicit, duas dari in Chri-  
 sto voluntates quarum una votatur voluntas  
 sensualitatis, altera voluntas rationis, quando  
 Christus Patri dixit: *Transiit à me calicem iste à  
 voluntate sensu affectu mortis fuit, quo juxta Ca-  
 jetani doctrinam resurgit laqueo corporis & dolo-  
 res sensibilis.* Idem mac. quoque Angel. Doctor: D. D.  
 pallurus calicem duobus modis considerat vel  
 in quantum erat afflictio quadam inveniatis, vel in  
 in oc-*

D. Th. 3. p. q. 30. a. 1.

D. Thom. ibid.

D. Ambrosius. serm. 14. in Ps. 118.

ita ordine ad fructum ad quem Deus ordinabat  
calorem passionis: Transacta intellegi debet in pri-  
mo fecit, non vero in secundo, ac proinde sub-  
iungit: Non mea, sed tua voluntas fiat: Quae ver-  
ba a Paulo de Palatio sic explicantur: (Non meus  
affectus naturae impleretur, non tua mihi mise-  
ratio succurrat, sed tua voluntas aeterna opere  
completur.

Quia Christi in hoc puncto imitatores fac-  
tissimi, quoniam inveniuntur poterimus excusatio-  
nem legitime nos excusantem? Num forte quod  
nimis difficile sit, nostraeque vires id allequi non  
possunt? Quod si Deo voluntas esset ut per aeta-  
litatem, vel compleremus montes, vel ma-  
tas efficeremus, aut nos conijceremus in flam-  
mas, haec excusationem adducendi causam  
habuerit: verò nos divinae voluntati conforma-  
re debet, ut difficultas esse expectiamur, si  
non adlocare velimus. Elegit Christus tres  
discipulos Petrum, Jacobum & Joannem, eosque  
cum in horum Gerusalemam conducit: Et as-  
cendit in montem, et ait: Filius meus, quem diligis  
est, et tuus est, et tuus est, et tuus est, et tuus est.

cur difficile erit divinam facere voluntatem ei  
qui non repugnat vel non recalcitrat? Tacet qui  
volens patitur (inquit Chrysologus serm. 23.)  
clamat qui lenitatur in vitis, non potest de morte  
queri, qui mortem dignatus non coactus assumpsit.

10. Atque idem tamen vos non nunquam in  
divina voluntate adimplenda aliquam reperitis  
difficultatem, non ob id despondendum est ani-  
mo, nec in vitos vos exhibere debetis: In magnis  
voluisse facit, talem enim Deum habemus, cui  
satisit abunde si nos ad condescendum in  
beneplacitum suae voluntatis promptos & para-  
tos esse videat. Quidquid vis & non potes, fa-  
ctum Deus computat. Et iterum: Coronat Do-  
minus voluntatem ubi non invenit facultatem,  
inquit S. August. in Pl. 57. atque hinc est quod  
ab eodem Patre voluntas distinguitur, & una  
vocetur plena, alia semiplena. Plena dicitur se-  
cundum quam elicitur non solum actus interior qui  
est velle sed etiam actus exterior. Altera vocatur se-  
miplea, quae licet actum interiore habet, ar-  
tamen est sine actu exteriori, qui in operis execu-  
tione consistit. Si quando igitur homo per ac-  
cidens aliquod extrinsecum impeditus esset,  
quo minus actum illum produceret, quem per  
voluntatem elegerat, dummodo ex parte volun-  
tatis nihil desit, tunc à Deo accipitur ille actus in-  
terior semipleus, ac si esset actus exterioris plenus  
& completus. Apud Deum si quis bonum ali-  
quod facere non possit, sufficit si velit: (Ubi  
non est facultas faciendi, tunc apud Deum vo-  
luntas computatur pro facto; quidquid vis &  
non potes, factum Dominus computat) inquit  
Reinerus de Pisis. Unde Glossa super illa verba  
Davidis: In mandatis eius volens nimis, dicit:  
Sufficit velle si perficiendi desit facultas. Verunta-  
men pro majori claritate casum quendam in  
bonam formam redigamus. Pauper aliquis e-  
leemosynae loco dedit decem, dives autem  
centum dedit, uter ex ambobus plus meritus  
est; uter gratius Deo opus praestiterit? Respon-  
dent Theologi, quod si pauper dedit cum ma-  
iori charitate & voluntate plus divite mereatur,  
& quidem casus manifestè in S. Luca à Christo  
est decisus, dum ait: Verè dico vobis, quod vidua  
haec plusquam omnes misit. Luc. 21. Et ratio est  
secundum Chrysostomum in cap. 21. Luc. Quia  
Deus non paucitatem oblati, sed copiam affectus  
invenit. Vides igitur an non facile sit, & abs-  
que omni labore adhibito fieri possit, ut divi-  
nam quis expleat voluntatem, cum etiam ean-

D Bern.  
Sen. se. 4.  
post Pent.  
ser. 1. c. 2

Matth. 26.  
Dicitur  
Corin. 13.  
cap. 13.  
Matth.  
cap. 26.

de demonstraret: Ad ostendendum veritatem  
aeternam in se. Secundo ob nostram utili-  
tatem, siquidem per hanc poenitentiam maxi-  
mam gratiam meruit nobis. Tercio ad majorem  
nostram consolationem: Ne viri virtuosos pusil-  
litate suam, cum sentiunt sibi mortem instare.  
Quod constitutus est propter illos in quibus  
cum praesentem passionem suam perire. At verò S. Hi-  
larus opponitur, Christum non solum non timuisse  
sed etiam passionem & mortem, neque quod  
in patiendo & moriendo aliquam haberet diffi-  
cultatem, sed quod ne quidem illam habere po-  
tuerit, siquidem nullus ei potuit representati  
creatus quantumvis acerbus; qui incutere po-  
tuerit timorem, audire ipsissima ejus verba:  
Quid enim Jesus in mortis sacramento doluisse exi-  
stimandum est, qui pro se morientibus vitam repen-  
dit? Et postea concludit: Quem dolorem mortis  
Christus timeret? Potestatis sua libertate moritur.  
Et quo enim spontanea patiebatur & morieba-  
tur ad conformandum se cum voluntate Patris  
aeterni non poterat sentire angustias, & impossi-  
bile erat quod aliquam in moriendo sentiret  
difficultatem per hoc demonstrando, quod si  
dulce est mori, quando quis voluntarie moritur,

Handwritten notes in the right margin, including the word 'voluntas' and other illegible script.



dem non facienti hoc solum sufficiat, quod facere eandem & adimplere efficaciter voluerit, dummodo ex tua parte nil defit, quo minus vera adimpleta fuerit. Loca etiam scripturae clarè id ipsum evincunt. In Genealogia Salvatoris S. Matthæum duorum fratrum, Phares nimirum & Zaram mentionem facere invenio. Et quidem quod ex his duobus Phares nominet, id transeat, quia hic fuit primogenitus, à quo proinde Christus Dominus post longam generationum seriem nasciturus erat: Et in hac Genealogia de filiis duntaxat majoribus sive primogenitis fit mentio, ut videtur est in Isaac, Jacob, Juda, Efron, Aram, Aminadab & aliis. Cum igitur Zara secundo genitus fuerit, qua ratione hic inter alios filios primi successores præ cæteris est privilegiatus ut in numero proavorum Christi reponatur. Difficultas hæc mota est à S. Ambrosio, diceat. *Non otiose Martianus utrumque signavit, cum Phares tantummodo commemorationem causæ disposceret: Cur autem cum Isaac duos genuerit, & Jacob plures, singulorum tantummodo quos successores Dominica causa poscebat, fecit Scriptura sacra mentionem eorum autem utrumque memoravit, nisi quia hic in utroque mysterium est: Maldonatus autem hujusmodi adfert dicens, quod hi duo gemelli in utero materno certant, uter illorum futurus esset in Nativitate primus, ut in futuri Messie parentelam subintrare posset. Zara namque videns, quod frater suus utpote majori sorte vigore vitium pollens, & egressus vicinior prævaliturus seque præventurus esset, ad demonstrandam bonam voluntatem quam habebat ut primus nasceretur fecit quod potuit, quia verò impeditus erat, aliud facere nequivit, quam brachio & manu ex utero matris protensa fratrem suum prævenire: *Vnus protulit manum Gen. 38.* Hæc igitur Zaræ bona & prompta voluntas, qua parens Christi esse, & in ejus genealogiam ingredi desiderabat, eodem in pretio habetur, ac si fuisset primogenitus, ideoque de facto inter illos connumeratur non minus quam Phares: *Contemdere jam in utero gemelli infantes videbantur* (inquit Maldonatus ibid.) uter primogenitus & Christi parens futurus esset itaque voluit Evangelista honorem illis quodammodo partiri, ita Phares in Christi genealogia numerans, ut Zaram non peccatus excludere.*

S. Ambrosii  
Luc. 6. 3.

Ita Franc.  
Mend. 4.  
3. an l. 1.  
Reg. 6. 29.

11. Deus nunquam solitus fuit (prout ex Scripturis sacris clarè deducitur) alicujus Patriarchæ

Deus vocari, quamvis is non erat mortuus, idque non aliam ob causam, quam ne talis occasionem haberet superbiendi audiens, quod Deus se quasi individuaret per ipsum appellando se Deum suum: *Ne tanti nominis maiestate superbiat.* Et tamen in facta Genesi inventio quod Deus significaverit se Deum esse Abraham & Isaac ipsoque Isaac adhuc vivente: *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui; & Deus Isaac,* Gen. 28. Porro quod Deus Abraham vocetur facile indulgeri potest, quia hic jam ad alteram transierat vitam, prout ex capite 25. Genesios deducitur: at verò nescio qua de causa dicitur Deus Isaac adhuc viventis, prout colligitur ex capite 25. Genesios. Cur igitur se appellat Deum Isaac dum is adhuc vivit, & tamen hoc honore neminem aliorum dignatus est nisi post mortem? Ad hoc ingeniose modernus quidam respondet, quod tunc Isaac realiter viveret, tamen quia ut se conformaret voluntati divina, libenter se morti & gladio patris cum occidere volentis submisit, & per ipsum non stetit quominus moreretur, hinc est quod actus ille voluntatis reputetur pro facto, ipseque à Deo veluti verè mortuus æstimetur: *Isaac licet tunc ipsa vitam ageret, tamen sua voluntate vitam jam profuderat, eum divino actus imperio patri se obtulerat jugulandum.*

12. Postquam Rex David suam recuperasset sanitatem, ut vult Rabbi Aben Esdra, vel remissionem obtinuit peccatorum commissorum adultæritii & homicidii, ut alii nonnulli scribunt, debitas Deo reddidit gratias Psalmum quendam composuit, eumque hoc titulo insignivit: *Psalmus cantici* (id est laudis & lætitiæ interpretatur S. Athanasius ibid. fol. 89.) in dedicatione domus David, id est ad honorem facti templi, quod David Rex ædificari fecit. Lyranus hic dubium quoddam movet dicens, templum prædictum à Salomone, non verò à Davide Rege ædificatum fuit, potius igitur dici debebat in titulo: *In dedicatione domus Salomonis*, id est, quam Salomon filius ejus post mortem ei in regno succedens ædificatus esset? Cur igitur permittitur quod in Scriptura à Davide fabricatum esse dicitur? idemmet Lyranus responderet Davidem voluntatem habuisse erigendi templum, sed morte præventus eam adimplere non potuit. Unde respectu bonæ & promptæ hujus intentionis hoc honore afficitur, ut ei sumptuosum illud ædificum adscribat eodem in psal-

in pretio habendo affectum & intentionem  
 patris, quo effectus & executio filii habetur :  
 Licet Salomon templum illud ipso opere con-  
 siderit, David tamen multo ante illud animo  
 & voluntate edificaverat, unde non minus  
 ad voluntatem extruere, quam extruente sacra  
 illa domus pertinebat, cum non minus De-  
 ius obsequendi affectu quam effectu delecte-  
 tur.

13. Sanctus Matthaeus, & Sanctus Lucas  
 parum inter se convenire videntur in qua-  
 rum circumstantia, quam de Centurione illo  
 facti sui graviter in lecto febricitantis salu-  
 tem desiderante referunt. Sanctus Lucas ete-  
 rim dicit, quod miserit, non vero quod ive-  
 rit ad Christum: *Misit ad eum Seniores Iudaorum.*  
 Et tamen: *Misit ad eum amicos,* misit igitur non  
 vero nisi ad Christum salutem servi postu-  
 lans, Sanctus Matthaeus nihilominus eum  
 in propria persona ad Christum ivisse refert  
 dicens: *Accessit ad eum Centurio.* Utri ergo  
 haec credendum erit, an dicenti quod iverit?  
 an vero dicenti quod miserit? Sanctus Augu-  
 stinus quod utrumque Evangelium concordat,  
 S. Aug. dicit: *Quod non accessit ad Christum in persona*  
*centurionis, sed per servum: modo quis facit per ali-*  
*um, ut si perdat ac si faciat per seipsum.* Cor-  
 respondens tamen non iurit ob impedimentum  
 quod ex infirmitate servi habebat: ibat tamen  
 in greffibus desiderii & bonae voluntatis, at-  
 que adeo hoc actus semper in eodem loco habe-  
 re quo plenus & perfectus, intentio & que a sti-  
 mulat ac executio: *Accessit non quidem corpore,*  
*sed spiritu sine mente,* inquit Guilielmus Parisi-  
 ensis, lib. fol. 15, col. 1.

14. Sanctus Paulus in secunda Epistola ad  
 Corinthios prolixè recenset omnes suas ad  
 vindictas & triumphas in hoc mundo ob Chri-  
 stum moerens, labores, nimum intolera-  
 biles, obfuros carceres, vulnera profunda  
 & sine numero, ac tandem subjungit,  
 quouslibet ex his recensitis miseriis mortem  
 sibi causasse, 2. Corinth. 11. *In laboribus pluri-  
 mis, in carceribus abundantius, in plagis supra  
 modum, in mortibus frequenter.* Ergone plu-  
 res mortuus fuit? Credebam ego quod quis se  
 mel tantum moreretur, & semel mortuus non  
 moreretur iterum. Unde Sanctus Chryso-  
 stomus homilia in Genesi: *Estne possibile, ut  
 quis saepius moriatur?* Imò vero: duobus au-  
 tem modis mortuus est Sanctus Paulus, sem-  
 per certum in lupradictis afflictionibus voluntariè

se morti obtulit, licet per auxilium gratiae divi-  
 nae mortuus non fuerit, nihilominus quia  
 non habebat voluntatem repugnantem, eod-  
 dem modo reputatur, ac si tantum apud Deum  
 acquisivisset meritum, quale acquisiturus  
 fuisset, si qualibet vice perfectionibus ob  
 Christi amorem toleratis mortuus fuisset :  
 Chrysostomus ibidem : *Etiā, quamvis non  
 mortis experientia, at tamen moriendi propo-  
 sitio.* Gabriel Archangelus Zachariae qualitates  
 Joannis Baptistae filii sui prognosticans inter  
 caetera dicit, eum veluti Christi praecursorem  
 nasciturum, habiturum quoque spiritum &  
 virtutem Eliae, ac denique praeparaturum  
 plebem quandam perfectam pro Adventu  
 Messiae, Luc. 1. *Ipse praecedit ante illum in spiritu  
 & virtute Eliae, parare Domino plebem perfe-  
 ctam:* Littera Graeca legit : *Parare Domino po-  
 pulum praeparatum;* verum inquit, si populus  
 de facto praeparatus est, quomodo igitur Joan-  
 nes ad illum praeparandum venturus dicitur, vi-  
 detur mihi quod textus Graecus hic tantologi-  
 am quandam committat, id est, vanam eju-  
 dem rei repetitionem. Quid igitur sibi velit  
 quod dicitur praeparare populum praeparatum?  
 Doctissime Sanctus Hieronymus loco  
 ly praeparatum, legit perfectum, ac si praeparatum  
 & perfectum unum idemque sint, & is qui  
 praeparaturus est ad opus aliquod per volunta-  
 tem censei possit opus jam perfecisse : *Populus  
 qui per voluntatem disponitur & praeparatur  
 ad Christi Adventum, eodem modo se habet,  
 ac si effective esset perfectus in esse completo,* in-  
 quit Sanctus Hieronymus : (Potè quisquis  
 praeparatus est & impense affectus ad virtutis  
 perfectionem, ac si jam opere ipso perfectus  
 esset, censei debet.) Potè si huic veritati  
 quae Sole manifestior est, fidem adhibere re-  
 nuatis, hoc adfit Zachaeus, sua authentica ha-  
 bitus dicitis testimonium suum adiciat: *Do-  
 mus ejus per praesentiam Filii Dei honorata  
 fuit, ipse autem ingenti hoc sibi exhibito be-  
 neficio indignum altimans, ut digniorem se  
 redderet usuris renunciare, mercedonia illi-  
 cita dimittere, omniumque quae male acqui-  
 sita possidebat restitutionem quaedam fidei-  
 re & omnium facultatum suarum medietate  
 loco elemosynae inter pauperes dispen-  
 sare decrevit, Luc. 19. Ecce dimidium bonorum  
 meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem  
 defraudavi, reddo quadruplum.* Maldonatus  
 supra ly ecce ingeniosam facit reflexionem, &  
 dicit

Handwritten notes in the right margin, including the word "PPTI" and other illegible characters.

dicit, quod dictio ista exigit attentionem, quia denotat quid magnum, quod Zacharius hic dicere vel facere statuit. Magna res, sed equaniam illa? forte quod latro vel fur restituit? vel quod avarus aliquis Eleëmofynam dispensat? Nihil horum, sed quod per charitatem det pauperibus, suumque creditoribus debitum restituat: *Do pauperibus, & reddo quadruplum.* Cum tamen ipsum potius dicere debuisset videretur, Dabo & reddam quidem in eo momento, quo hæc dicebat, effectivè non dabat, nec restituebat, sed solam habebat dandi & restituendi intentionem, idque tantò magis, quia tunc occupatus erat in exhibendis civitatibus, quæ Salvatori hospitali suo debebantur, in præparatione convivii, in auscultandis dulcibus & divinis sermonibus suis, quo igitur cum fundamento dicit, *Do & reddo.* Verum quidem est Auditoris, quod de facto non dabat nec reddebat, quia tamen id ipsum faciendi firmam intentionem & voluntatem habebat, idèd hæc velut actio facta & perfecta æstimabatur, & licet opus semiplenum esset, eodem tamen in pretio erat quo plenum & perfectum, ac si de facto pecunias numerasset & restituisset monetam: *Zacharus dum promptus est & alacris ad dandum pauperibus, & reddendum creditoribus, rectè dicit & reddere dicitur, quia qui donare intendit & alacris est ad donandum, meritum donationis planè antoverit: sit enim præmaturè donans, qui alacrior donationem intendat.* Didacus de Cel. in Jud. capite decimo tertio, vers. 1. §. 10. nu. 47.

15. Idipsum quoque Salvator noster per Parabolam Domini & servorum suorum denotare voluisse videtur. Hic enim Dominus peregrè proficisci, suisque in alienis regionibus negotiis consulere statuerat, priusquam verò itineri se accingeret, servos suos advocari iussit, & uni quidem dedit quinque talenta, alii verò duo cuilibet injungens, ut proviniū possibilitate ex datis sibi pecuniis lucrum curaret; dummodo id conscientie limites non excederet: *Vni debuit quinque talenta, alii autem duo, &c.* Post multos verò menses domum reversus posuit rationem cum servis suis de lucro, quod sibi pepererant. Primus quidem qui quinque talenta acceperat, attulit decem, secundas, cui duo data fuerant, lucratus est alia duo, ac proinde utriusque

diligentia plurimum à Domino commendata & remunerata fuit, dans singulis illorum ejusdem proflus valoris & qualitatis præmium, tam uni quàm alteri dicens Matthæi vigesimo quinto: *Euge, serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, in multa in gaudium Domini mei.* Verum inquit, si unus lucratus est quinque talenta, alius autem duo tantum, cur eodem proflus præmio siæc ulla disparitate remuneratur uterque? Habet hic iustitia compensativa occasionem lamentandi, siquidem non datur unicuique quod suum est. Si inæquale est præmium, æquum est ut inæquale quoque sit parabolæ vultu. Quot injuriis vita Sancti Eliæ subiecta fuerit nulli ignotum est. Persecutus iniquissimis anar temporibus pro Dei honore & zelo per regiones passim oberravit, cum fame semper ligigavit, nec ullum haberet qui vel minimum in necessitatibus suis ferret auxilium, vestitus quoque fuit miserabili camelii pelle, ubique pulsus, ubique persecutionem passus, ubique fugitivus delituit; Jezabel se erga eum velut Circeam quandam exhibuit; mors continuas ei terende insidias, ut tandem in ejus caderet manus, ut vel ipsemet ab hisce calamitatibus persuasus propriam suam odedit vitam, sui que compassionem vel in ipsis feris & lapidibus excitavit. Quod si verò domum ob oculos positum, Moysen quendam considerate velitis, illum utique invenietis à fortuna semper benevole habitum, æstimatum à populis, à subditis honoratum, benevolentia & urbanitate exceptum à Magnatibus; imperat exercitibus & à militibus ei promptè obtemperat, armis inopia & necessitatis proflus ignorat, ad dignitates à Deo extollitur, & qui amplius illi desiderandum restat? Et tamen venite obsecro mecum & montem Thabor ascendamus, ibi namque videbitis utramque eadem gloriæ tam essentiali quàm accidentali remunerari; de illa autem gloriæ loquor, de qua Sanctus Thomas in tertia parte, questione quadagesima quinta articulo secundo, folio ducentesimo decimo quarto, ibidem, sed contra ait: *Gloriam eius in præsentis vita revelavit, sicut possibile erat eos dicere, quæ à beata Christi anima in corpus redundabat.* Verum quod si ad eam in merito differentes fuerunt, cur tractantur æqualiter in præmio? San-

Sanctus Thomas in quarto sententiarum dist. 49. ad 4. folio 237. capite secundo nos docet, quod primum debet respondere merito. Nam merita meriti est mensura mensis glorie: *Quis parca meritis, parca est meret.* Et Deus ipse in potestate vultus reddet utriusque secundum opera sua. Scelus libro quarto, distinctione quinquagesima, questione quinta, folio centesimo sexagesimo tertio columna secunda. Dum igitur opera meritoria sunt in aequalia, cur non etiam in aequalia erit? Una stella, Apollonio teste, ab alio discrepat in claritate & lumine: primo Corinthiorum decimo quinto. Unde Magister sententiarum dicit: *Stella est in stellis, ad est, electus ab electo differit in claritate mentis & corporis.* Petrus Lombardus libro quarto distinctione quadragésima nota, folio quadragésimo sexto, columna secunda, littera A. Quod si igitur Elias & Moyses in aequalia erant, (Cum alter circumcidens melioris vili sine filiis, sine sumptu, faceret alter populi ductor, laetus sobole,) ut ait Sanctus Hieronymus Doctor Ambrosius; Cur Chuslo in monte Thabor eodem gloriae premio afficerent? Et si supra dictorum honorum unus quique gradus meriti acquiritur, alia verò duos tantum, quomodo saltem poterit, quod Deus remunerando sic iustis, si tantam mercedem tribuit uni quantum alteri, nec minus sit primum Moyse quam erat Elias primum? Nolite irritari auctores, quia voluntas supplet quod in operibus deficit, operationes bonae commendantur assequitur, inquit Sanctus Ambrosius de Moyse & Elia in libro de Jacob & vita beata capite octavo. Franciscus Mendoza tomo tertio libro Regum capite decimo quarto, adnotatione decima in sectione vigesima, numero octavo.

16. Patrifamilias quoque ad secundi sexvi voluntatem respiciens, voluit, ut & ipse cum primo quoque talentis aequivaleret; *Virique seruo* (est doctrina Sancti Hieronymi in capite vigesimo quinto Matthaei.) *Et qui de quoque talentis decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idem Patrifamilias sermo blanditur, utramque similia respicit gaudio, non consideremus brevis magnitudinem, sed studii voluntatem.* Adcoque quo non potest pettingere adus

imperatus potentiae externae operativae, in eius locum subingreditur actus elicitus potentiae internae volitivae, quia apud Deum tantum valet hic, quantum ille, & per unum aequé ac per alterum Divinae nos voluntati conformare possumus in volito, in motivo, & in termino.

17. Barbari gentiles, qui nullam habuerunt veri Dei cognitionem, ad usum, ô Christiane confusionem, falsorum Deorum suorum beneplacito satisfacere omni studio contendebant. Unde de Seneca apud Thomam de Trusil, in Feriam quartam post Dominicam primam Quadragesimae, folio ducentissimo sexagesimo nono, littera G refertur, quod is ad Deos suos conversus dicere solebat: *Divi immortales. Ego quidem voluntatem meam vestra volo conformare: si filios vultis, Ego vobis illos offeram, si corporis mei partem poposcitis, Ego vobis eam sacrificabo; anima & quaecumque possideo vestra sunt, accipite corpus, de his disponite sicut vobis placuerit.* Tu vero ô Christiane, quam aequé ad rectos divinae voluntatis sensus te accommodas, si ipse mortem filii velis, si velis divitiarum tuarum jacturam, si ut lecto silihus, podagra vel febris affligatis, praecipiat; si te in pauperatam reductum respicias, si tua negotia perperam succendant, merces patiantur naufragium, voluntas tua divinae minime consentit, quin potius se è diametro contrariam & repugnantem esse ostendit, si ille dicat *Volo*, tu arrogantè in contradictorium te ipsi opponis & superbè respondere praesumis, *nolo*. Audi quid Epictetus libro tertio dissertationum capite vigesimo sexto, in simili casu dicat: (Constitui & conformavi voluntatem meam Divinae; vult me febricitare? & Ego volo. Aliquid agredi? volo. Potiti? volo. Non potiti? volo. Mori? volo. Et tu cum non minori audacia quam hi Scribae & Pharesaei cum divinarum dispositionum decretis audes contendere? Huc adesto ô dives, mihi enim tecum sermo est; quare ratione te Divino arbitrio ad aequas? vult ipse ut in fontanae bonis copiosus vadas, & tu in haec ejus voluntatem libenter condescendis, imò ipsum desideras, optime facis, sic enim Divinae voluntati te conformas in volito: At verò haec bona tibi possidenda sunt ad majorem Dei honorem & gloriam; & tu hisdem uteris

Handwritten notes in the right margin, including the word "voluntatem" and other illegible scribbles.

uteris pro tuo effici arbitrio, dum illa impendis ad eum offendendum, ad ludendum, crapulandum, suspectas conversationes contumandas, imò in perniciem & interitum animæ tuæ, & pessimè facis, sic enim à divina voluntate discordas in termino, & multò minus illi conformaris in motivo, quia Deus vult ut bona possideas ex motivo charitatis, comparando pauperibus, eosque per Eleemosynas adjuvando. Quod si gignitur ex hoc sermone & evidentibus ex eo adductis rationibus persuasum tibi est deinceps Dei, non verò propriam voluntatem facere, id ipsum indilate per motum Eleemosynæ exequere.

#### PARS SECUNDA.

18 Quando voluntas humana Divinæ voluntati perfectè est subordinata, adeò bona evadit, ut esse, spiritum, & vitam operationibus nostris attribuat, ad hoc ut sint meritiora, & digna vero præmio, id est æternâ beatitudine. Lex Evangelica statuit, ut si nobis in maxillam dexteram alapa impingatur, ad aliam recipiendam, alteram quoque maxillam vertamus & præparemus, Marthæi quinto: *Si quis te percussit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Quod præceptum haud immeritò mirum alicui videri potest. Nam licet iustum sit ut homo illatam sibi iniuriam dissimulet, neque de illa vindictam sumat, at tamen sinistram quoque porrigendam esse, ad recipiendam aliam colaphum, non satis intelligo, maxime cum Sanctus Paulus iustemodi alapam recipiens, cum manibus se opponere non posset, voce saltem se illi oppulerit dicendo: Actorum vigesimo tertio. Joann. decimo octavo: *Percussit Dominus paries dentate.* Imò nunquid ipsemet Christus valde lamentatus fuit de impio illo ministro, qui in conspectu Pontificis eum percussit? Et nobis non tantum tacendum esset, verum etiam obligaremur: *Præbe alteram maxillam.* Albertus Magus respondet, quod *Ex æquanimitate animi semper debemus esse parati recipere id quod secundum, & tertium, & sic deinceps: At quando prævaleat inimici malitia ex charitate corrigenda est, quia in hoc bene sit adversario, sicut fecit Christus.* Etenim expositionem hanc libenter admitto; Veruntamen aliam præserti proposito opportuniorem ex-

positionem habere possumus, ex Patrum Theologorum doctrina satis clare deductam? Hic tenim docent, quod (ad meritum requiruntur scientia & voluntas, seu quod homo sit sciens, & volens.) Unde quia prima alapa, quam aliquis recipit, improvisa esse posset, & inspectata & omni voluntatis concursu delicta, ac consequenter nequaquam meritiora, ideo nobis ut sinistram præbeamus, præcipitur, ut secundum colaphum recipientes, & cum eo per actum voluntatis nostræ concurrentes, efficiamus ut percussio illa nobis sit memoria, Joannes Sylveira tomo secundo, libro quarto capite decimo tertio, quæstione undecima, numero sexagesimo octavo. *Obvertat ergo homo sciens & volens aliam maxillam, ut ad summum meritum apicem evaleat, nam tunc scientia & voluntate se exponit.* At verò si voluntas nostra, ut iuris est, & secundum beneplacitum voluntatis suæ ambulare & vivere velit, cum cæca sit, mirum non est, quod sepe numero in præcipitia nos protrahat, cuncta existens omnium malorum nostrorum, cuius proinde frequenter ingenti damno nosmet ipsos præcipit. Opportune huic proposito servit fabula seu Apologus quidam, è quo mala nostra reficiendi modum optimum edicere possumus, nam sicciones Poëticæ & Morales salutaris sæpè doctrinæ nobis ministrant. Habebat itaque Deus possessionem quandam, pro cuius cultivatione villicum summo illic studio quærens, invenire non poterat, nemo enim colonorum erat qui cum Deo pacisci, eumque sibi dominari volebat; Dicebant enim, si hunc nobis Dominum adseriverimus, omnis erit fraudibus & deceptionibus nostris præclusus aditus, ipse enim novit, parces, & valet omnia, qui proinde effici nosmetmet ipsos coërcere poterit. Si enim messis tempore aliquid eum celare voluerimus, dolus noster ei manifestus semper erit; Nec quas alibi prætereendere possumus excusationes ullum apud eum pondus habebunt, utpote qui cuncta ad intima usque viscera oculis suis penetrat & perspicit, & circindulam à Lucerna optime discernere novit, qui proinde colono suo in iniquitate sua deprehensio minime parces. Nequaquam ei servire aut villicare volumus. Tandem verò veluci per miraculum inventus est, qui prohibiti & syceritati conscientia suæ fidens, sese Deo obtulit ad villicandum.

condam & laborandum in pradio & possessioe sua, cum hac tamen expressa conditione, ut Deus singula anni tempora, aetatem scilicet, hyemem, Ver, & Autumnum, ventos item, pluvias, nives, gelu, verisque serenitates, juxta suam semper temperaret, & modificaret arbitrium. Cui Deus respondit: Nolle hinc se minusculis rebus ingerere, curet providere rem suam, qua potest maxima cum industria, nequicquam dubitans, Dominum suum ea curaturum esse, quaecunque agriculturae suae forent necessaria, dummodo is agere colendis strenue & sollicitudine intendere. Nequaquam, inquit villicus, tam exco modo tecum pacificor, ego etenim rei rusticae sum optime garrus, ac proinde me non latet, quamquam aeris temperiem terra hoc vel illo tempore pro seminis incremento expolcat, ac posside, nisi in hanc mecum conditionem ea jure concedendas, nullum mihi tecum negotium intercedere volo. Agedum igitur, (inquit Deus), pacem conditioni tuae libens acquiesco, in omni namque aeris vel caeli temperamento, tuo me semper arbitrio accommodabo, talem semper auram, pluviam, ventum, Solem, Lunam inducendo, qualem ex votis desiderabis; si tamen aliquod decessu agriculturae damnum, aut sequior famam acciderit, de me reclamaveris; si quidem non, non vero mea culpa id ipsum evenit. Colonas itaque agros arare, occare, seminare cepit, eamque sibi a Deo auram poposcit, quam sibi, & agriculturae suae opportunitatem elegerat, scilicet nunc pluviam, modo Solem, hodie humidam, cras siccam auram, posthinc ventum spicas gravidaem, deinde nunc vero serenitatem. Denique pro voto & desiderio suo Deus in omnibus satisfacibat. Talem vero tempus messis superadventit, quo falcem messi suae immittit, segetem in manipulos distributam, in horreum suum ad rem, ut eadem spicas suas inanes & omnis gratiae expertes esse deprehendit, & qui in vicem laboris praestitit grana sperabat & fruges, palam, licet seruis, animadvertit, melius se facturum fore, si Dei, non vero suae voluntati obsecutus fuisset; neque enim adversus Deum, sed adversus seipsum, suamque salutem temeritate hoc tristes eventus castigatam, conquisit & lamentari poterat. Unde S. Ephrem

in Asctico ait: *Ceterum contumacia atque arrogancia dactus agricola ille nosfer, magistrum atque consiliarium suum relinquere voluit. Unde patet, quod quisquis supra Dei arbitrium & voluntatem sapere contendit, dicendo cum Pharisaeis: Sic volo sic jubeo Errabit vagus, & in cogitationes malas & afflictiones noxias incidet.*

19. Verum etiam vero, si voluntas propria nulla super nos alia mala, quam ista provocaret, damnum adeo ingens non esset; nunc autem ipsa est, quae ad poenarum aeternitatem nos condemnat. Theologi disputando causam inquirunt, cur damnatorum poena aeterna sit, & infinita. Videri enim possit, quod stante & supposita aequitate divinae justitiae, quae peccatorem vel juxta; vel infra peccati gravitatem castigare solet, finita & temporalis esse debeat. Poena enim non debet excedere culpam, ut Angelicus Doctor ait: vel secundum statuta Deuteronomii vigesimo secundo: *Secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus.* Culpa autem temporalis est, cur igitur poena aeterna esse debebit? Fortè respondebitur, quod licet peccatum secundum se, finitum sit, artamen respectu objecti offensivi, quod Deus est, in omni genere infinitum dici debet, atque ideo poena illi debetur aeterna & infinita. Unde cum homo illius non sit espax secundum intensionem acerbitatis, infligitur ei poena quaedam infinita secundum durationem temporis. Et haec est doctrina sancti Thomae in quodlibeto, quaestione 99. articulo 1. folio 632. columna 2. numero 30, 40, & folio 633. columna 1. numero 20. dicentis: *Cum peccatores peccent contra Deum, qui aeternus est, conveniens est, ut poena aeterna eis ex divina justitia inferatur.* Verum S. Gregorium velim audiat, qui causam infinitatis & aeternitatis poenarum inferni, male nostrae voluntati a divina voluntate discordanti attribuit, dum ait: *Ad magnam justitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui nunquam carere voluerunt peccato.* D. Greg. in dialog. 4. Et alibi subjungit idem libro trigesimo quarto moralium, in cap. 41. Job. *Voluissent sine fine vivere, ut sine fine potuissent in suis iniquitatibus permanere.* Per peccatum igitur, quod commisimus, ad poenas condemnati sumus; eas autem sempiternas esse, voluntas effecit, quia homo voluntate sua ira constitutus erat, ut semper peccare voluisset, si semper vivere potuisset.

Handwritten notes in the right margin, including the word "penitentia" and other illegible scribbles.

*Enclitici Quadragesimalis.*

set. O pessima voluntas. si à divina discors sit voluntate ! Tanta enim hæc præsumptione nititur, ut tentare non dubitet, divinam voluntatem eò adigere, ut indebita sibi obsequia reddat, & inordinati arbitrii sui beneficio eam sibi subiciat. Potestne aliquid hoc enormius excogitari !

20. Sanctus Petrus in monte Thabor constitutus, post revelatam sibi Filii Dei gloriam, hæc ab eodem poposcit gratiam, Matthæi decimo septimo : *Domine, bonum est, nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula.* Quæ diceret: O Domine, consolationes quibus hoc in monte perfruat, tot sunt ac tantæ, ut in hoc monte ad mortem usque, imò in perpetuum commorari desiderarem; atque ideo haud absolutum esse existinarem, si hic tria fabricarentur tabernacula, ut tantò majori cum commoditate in eo commorari liceret. Quòd si verò hoc meum consilium vel ex eo solum retardandum esset, quòd nullus inventiri possit, qui huic fabricæ erigendæ ingerere se velit, rem feliciter per me conficiendam esse, ne dubita. Sicut enim necessitate magistræ piscandi artem didici, ita eadem suadente & urgente commoditate, peritus in fabricandi exercitio futurus sum architectus. Porro duo Evangelistæ, sanctus Matthæus & sanctus Lucas, hæc historiam recensentes, [san Petrum excusatum, an verò reprehensurum, nescio,] dicunt, Matthæus quidem: *Non enim sciebat, quid diceret.* Lucas verò pariter ait, quòd *Petrus erat nesciens, quid diceret.* Quibus verbis Petrum tanquam virum exiguo iudicio præditum, stolidum & ignorantem describere videntur. Et tamen, ut verum fatear, vix video, quemnam sanctus Apostolus in hæc verbis errorem commiserit, unde hæc sibi ab Apostolis interrogatam contumeliam meritis fuerit. Nescio, Auditores, an aliquando illum loquendi modum observaveritis, quo Moyses utitur in primo & secundo capitulo Geneseos. In primo cæli, terræque Creatorem simpliciter appellat Deum, sine aliquo addito aliò epitheto: *Creavit Deus, dixit Deus, vidit Deus, vocavit Deus, fecit Deus, benedixit Deus.* Postea verò in secundo Capitulo, quando de productione hominis tractat, nomini Dei, Domini titulum adiungit: *Formavit igitur Dominus Deus hominem;* Deus enim, ut iustum &

æquum est, hominis vult esse Dominus. Verum obervanda Vobis est, Auditor, sequens speculatio, Dominus etenim connotat superioritatem & relationem ad servum vel subditum; subditus autem vel servus dicit subjectionem & relationem ad Dominum. Quo supposito dicit: fides, curam competit jubere & imperare, Dominus vero servo? utique Domino. Homini autem tanquam subdito & servo, quid faciendum est? Huic incumbit, Domini voluntatem explete, O igitur imprudens, & temerarie Petre! Nunc video, quòd non immeritò arguas ignorantia, cujus etiam simplicitas compassionem non meretur: Ex quo Magistratum tuum Dominum esse, confiteris & deprecas, dicens: *Domine;* qua temeritate postea subjungis: *Faciamus.* Tunc ergo vis, ut Dominus subditi voluntatem sequatur & faciat? ut Dominus se conformet voluntati servi sui? O quam stultum est hocce propositum! *Non enim sciebat, quid loqueretur: nesciens quid diceret.* Anton. de S. cob. i. bid. libro septimo, sect. quinta obler. secundæ, numero vigesimo quinto. Cautior deinceps in sermone tuo esto Petre: *Si Dominus est, quæ gerenda tibi, præscribat.* Atque ideo hoc modo ab Evangelistæ argui & reprehendi merebatur; Neque enim hæc primæ vices sunt, in quibus huic errorem committis, & à Christo reprehenderis; Hic enim, dum aliquando cum discipulis varios sermones miscuisset, tandem eisdem passionem & mortem suam, quam Hierosolymis per manum Scribarum & Phariseorum toleraturus erat, prædixit: *Cæpit dicere discipulis suis: Oportet ire Hierosolymam, & multa pati à Senioribus, Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi.* Petrus amore, quo Magistratum suum probebatur, commotus, dixit: *Abste à te Domine, non eris tibi hoc;* quasi diceret: *Evangelicæ e capite tuo cogitationes istæ; non erit tibi hoc, non volo, nec petmiurus sum, ut passurus & moriturus te conferas Hierosolymam.* Itane, ô Petre? Ergone superior subditi voluntatem sequi & facere debet? Deus obsecundare debet pharissæ hominis? Quomodo conciliari sibi mutuo possunt? *Abste Domine,* quæ Petrus simul edixit. Si Christus tuus ô Petre, Dominus est, tu igitur tanquam subditus ejus arbitrii sui dispositioni conformare

Matth. 9.  
Luc. 9.

Gen. 1.

Gen. 2.

marte te debes; cuius tamen contrarium fa-  
 ctis nos dicimus, *Volumus*, mox echo quondam  
 formando respondeat, *Volo*; & subito pro no-  
 stro arbitrio omnia ordiantur. Ergone nos  
 apti sumus, qui Deo sapientissimo consilia  
 suggeramus? Ergone regulatissimam & or-  
 dinatissimam Dei voluntatem nos regulare  
 praesumemus? Si Deus ad salutem animae tuae  
 aliquam tibi ad veritatem immitteret, tu pes  
 recalcitrantem voluntatem tuam dicitis: *Abst.*  
*non eris mihi hoc*: Ergone ipsamet vis videri sa-  
 pientia sapientior? Deum conaberis precede-  
 re? Jumentum Domino suo viam commou-  
 strabit? Stultescis, ut video. Tu vis ducere du-  
 cam, docere magistrum, inquit Augustinus, in  
 bere Domino, imperare Deo: *Multum praecedis,*  
*redi retro*. Cave igitur sis, ne maledictum hoc  
 verbum, *Volo*, à corde, lingua, vel cogitatione  
 tua enuntietur, quin potius semper ora Deum,  
 ut te voluntatem suam exequendi, modum e-  
 doceat, dicendo cum Propheta: *Docce me*  
*Domine facere voluntatem tuam, &*  
*legem tuam in medio cordis*  
*mei.*

meo ipso caim, quo dicitis: *Abst.* Non eris mihi  
 hoc, tentate, seu praesumere videris Christi  
 voluntatem ad normam voluntatis tuae diri-  
 gere. Unde sanctus Augustinus ait: *Dicitis*  
*Abst. & dicitis, Domine*. Verum audite, quale  
 dam Petri timentis responsum accipiat: *Vado*  
*post me Sabana*; quasi diceret: In quantum  
 ego sum Dominus, justum est, ut volun-  
 tatis tuae gressibus te à Petre praecedam, ti-  
 liquae conuenit, ut tanquam subditus me se-  
 quaris, & voluntati meae tua voluntate ob-  
 scendes: *Vado post me, id est, sensum tuum re-*  
*linquas & sequere*, (explicat Dionysius Carthu-  
 sianus) voluntatemque tuam conforma praeradi-  
 cationi dicimur.

13. Nos equidem optarem, quòd Deus  
 adhibere vobis nostris adstringeret, ut nihil  
 magis optemus eo, quòd placitum nobis est,  
 efficit. Cur igitur non fabricamus nobis  
 Deum aliquem ad nostrum stultum arbi-  
 trium, qui veluti Mercurius quidam spes  
 promptus, ad exequenda in unico momento  
 illa voluntatis nostrae proposita? qui quo-

*Augusti-  
 bi supra.*  
  
*Psal. 140.  
 Psal. 39.*



Faint handwritten notes in a cursive script, likely a library or ownership stamp, including the number '26' at the bottom.